



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titulus XXVII. De Successionibus ab Intestato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)



# TITVLVS XXVII.

## De Successionibus ab Intestato.

**D**uplex est Successio hæreditaria: alia ex Testamento, seu ultima iustitiae defunctorum voluntate: alia ab Intestato, sive ex dispositione legis, ejusmodi iustitiae voluntatis defectum suppletis, §. *fin. Instit.* Per quas pers. nob. acquir. quarum propterea illa Testamentaria: ista Legitima nominatur, *l. ea verò 8. §. 2. ff. Pro socio.* De successione Testamentaria actum ad præcedentem. De legitima, seu quâ ratione Intestatis, Clericis præsertim, No- vitis ac Religiosis, succedatur, ad præ- sentem Rubricam est differendum.

### ARTICVLVS I.

#### De Successione Clericorum intestatorum in bonis verè & quasi Patrimonialibus.

#### SUMMARIUM.

1. Intestatus est, qui hæredo Testamentario caret.
2. Clerico intestato in bonis Patrimonialibus propinqui:
3. Et I. quidem legitimi descendentes:
4. Aliquando in Capita, aliquando in Stirpes succedunt.

5. Liberi naturales patri rari, & in duabus tantum uncis:
6. Matri, sicut legitimi, succedunt.
7. Spurii ad parentum hereditatem non admittuntur.
8. II. Ascendentes gradu proximiores.
9. Admissis defuncti fratribus ac Sororibus Germanis:
10. Non etiam solis istorum liberis,
11. Aut fratribus ac Sororibus tantum Consanguineis vel Uterinis
12. Illegitimi parentes liberis, sicut hæ ipsi succedunt.
13. III. Fratres Germani & Germanæ Sorores:
14. Post hos Consanguinei & Uterini.
15. IV. Ceteri Cognati usque ad decimum gradum,
16. Solâ Cognationis & Proximitatis gradus ratione habita, succedunt.
17. V. Ecclesia, cujus fuit beneficia tua.
18. VI. Fiscus Ecclesiasticus,
19. Seclusâ saltem consuetudine locorum.
20. Eodem modò clerico succeditur in quasi Patrimonialibus bonis.

**A**B intestato, sive Legitimæ successioni locus tunc demum est, quando succedi non potest ex Testamento, *l. Quamvis 39. ff. de Acquir. vel omit. hæredit. § 89 ff. de R. J.*



*de R. J.* Ex isto autem successioni locus non est, quando defunctus, vel; quia non voluit: vel; quia de facto, scilicet morte præventus, vel de Jure, ut furiosus, impubes, filiusfamilias & similes, Lege vel Canone testari prohibiti, non potuit, nullum condidit testamentum: vel, quando ab eo conditum ob necessaria solennitatis defectum irritum fuit: vel, quando testamentum legitimè factum validumque posthumi, v.g. præteriti agnatione ruptum: aut proposita Inofficiosi querelâ rescissum, aut capitis diminutione, v.g. quòd testator condemnatus sit ad mortem, irritum est factum: vel demum, quando ex eo nemo hæres extitit, *l. Institutus 68. ff. de V. S. & pr. Instit. de Hæred. que ab intest. ubi Interpp. & passim ceteri DD.*

Legitima hæc successio, licet quoad modum, determinationem & ordinem, quò eâ hæreditas deferatur, ut ipsum ejus nomen indicat, sit Juris Civilis, Origine tamen extra controversiam altior est; cum ante omnem ejus Juris dispositionem, ab omnibus totius Orbis populis defunctorum bona ad liberos & propinquos devoluta sint, ex communi affectu, & Lege etiam Divinâ, illa ad familiarum conseruationem in ejusdem generis posteros seu descendentes transmitti, præcipiente, *Levit. cap. 25. v. 42. Numer. cap. 27. v. 6. & Deuteron. cap. 4. v. 47.* Imò Jure & dictamine Naturali, ut colligitur ex *can. Jus Naturale 7. dist. 1. l. Scimus 36. §. 2. C. de Inoffic. testam. & Novell. 1. pr.* cum amor propensior in liberos ac propinquos, iisque præ extraneis consulendi studium mortalibus insitum sit à Natura, *l. Conficiuntur 8. §. 1. ff. de Jure Codicill.*

Potro, ut Clericis intestatis succedendi ratio expeditior sit, memoriâ repetenda est supra *Tit. 25. à n. 2.* declarata varietas Clericalium bonorum. Et in Ecclesiasticis quidem certi & expediti Ju-

ris est, nec Testamentariæ nec Legitimæ successioni locum esse; cum ea sint ipsius Ecclesiæ, non clerici; ac proinde extra istius defuncti bona & hæreditatem, *Caniusius in c. 1. n. 45.*

In Patrimonialibus autem bonis, si quis, ferè sicut laicis, succedunt hæreses legitimi, secundum *Novell. 118. à laicis Canonibus nullibi correctam: imò non obscurè receptam can. Sacerdotes, 12. §. 4.* ex cujus dispositione clerico intestato, in ejusmodi bonis Imprimis & antè omnes alios, etiam patrem ceterosque ascendentes, succedunt utriusque sexus liberi ejus justii, sive ex matrimonio verè ac putativè justo procreati, aut per sublequens matrimonium legitimi, alique ex his præmortuis descendentes, & cum iis filii legitimi tantum seu adoptivi, in defuncti familia existentes, *§. Sui autem 2. & §. Sed ea omnia 14. Instit. de Hæred. qua ab intest. & Novell. cit. cap. 1. usque aded;* ut liberi, licet gradu quantumcumque remotò à defuncto descendant, nihilominus omnibus ascendentibus & cognatis in succedendo præferantur, *cap. 1. cit.* Ratio est partim; quòd liberi ad bona parentum veniant quasi ad sua propria: & quorum, vivis adhuc parentibus suis, quasi domini fuerunt, *§. Sui autem 3. Instit. Rubr. cit. & l. In suis 11. ff. de Liberis & postib. partim verò; quòd ad evocentur votò ipsorum parentum & Naturæ, *l. Scripto 7. ff. Si tab. test. non erent;* ut defunctorum hæreditas ad eosdem pertineat, per quos illorum diuturnitatis memoria in ævum est perpetua, *l. Liberos 22. §. fin. ff. de V. S. Gomez Tom. 1. Var. cap. 1. n. 2. Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 162. n. 3. & Haunold. Tom. 1. de J. & J. tract. 5. n. 400.**

Quantumvis autem causa liberorum sine ullo sexus discrimine, in succedendo prima sit, usque hæreditas communi præferatur



Patrum voto & Naturali ratione defera-  
tur: quoad modum tamen, quò his illi  
succedunt, multum interest, an à defuncto  
descendentes primi vel ulterioris sint gra-  
dus; cum, si omnes primi gradus seu filii  
filiarè sint, succedant in Capita, & soli,  
hoc est; ut singuli portiones accipiant æ-  
quales, & nepotes aliique ex his descen-  
dentes excludantur. Si verò illorum a-  
liqui gradus sint ulterioris, in Stirpes,  
hoc est; ut duo vel plures nepotes ex legiti-  
mo ejus filio vel filia legitimè descen-  
dentes suam parentem præmortuum o-  
mnes simul repræsentent: eique, si su-  
peresset, competentem & aliis primi gra-  
dus liberis superstitibus singulis æqualem  
portionem simul accipiant, *citt. Aub. In  
successione & Novell. cap. 1. Barri de Suc-  
cess. resp. & intest. Lib. 18. tit. 1. n. 2. &  
3. cit. Gomez n. 2. & 12. Molina n. 3.  
& Haunold. à n. 401.* Ratio est; quia, cum  
defuncti nepotes cum ejus filio ideo suc-  
cedant; quòd patris sui defuncti perso-  
nam repræsentent, aliàs tanquam gradu  
remotiores non successuri, absurdum es-  
set, eos plus capere, quàm eorum parens;  
cum tanquam remotiores non ex sua, sed  
patris sui defuncti persona, quam repræ-  
sentant, ad avi hereditatem vocentur.

Si defuncti clerici liberi, non justii  
seu legitimi, sed illegitimi sint, Jure sta-  
tutum est inter hos discrimen; cum, si ii  
naturales, hoc est, ante susceptum Ordi-  
nem sacrum ex soluta, olim quidem loco  
uxoris domitentà, hodie verò etiam ex  
alia seductà, procreati sint, sicut aliis, sic  
etiam clerico intestato, liberis legitimis  
& legitima uxore non extantibus, succe-  
dunt in duabus tantùm unciiis, inter ipsos  
eorumque matrem defuncti concubinam,  
si superstes est, dividendis: reliquæ au-  
tem decem uncie obveniunt aliis clericis  
defuncti agnatis & cognatis, *Aub. Licet  
C. de Natural. liber.* Extantibus autem

liberis legitimis aut legitimâ uxore, à pa-  
terna hereditate omnino repelluntur:  
ab hæredibus tamen legitimis, secundùm  
substantiæ mensuram, boni viri arbitriò  
æstimatam, sunt alendi, *citt. Barri n. 17.  
Molina disp. 166. n. 4. Haunold. n. 442.  
& Bruneman in Aub. cit. n. 4.* Ratio au-  
tem cur, legitimâ prole vel uxore legiti-  
mâ extante, liberi naturales patri suo in  
nulla parte succedant, est favor & honor  
matrimonii, cujus intuitu illegitimè pro-  
creata proles à successione remota sunt;  
ne legitima uxor patiatur scandalum &  
tristitiâ afficiatur, si cum sua, legitimè ge-  
nita, illegitimam admitti videat ad hære-  
ditatem.

A materna autem hereditate natu-  
rales liberi adeò non repelluntur; ut ad  
eam instar liberorum, à matre sua ex le-  
gitimo thoro genitorum, & cum his æ-  
qualiter admittantur, & ipsis competat  
querela Inofficiosa, *l. Si qua s. C. ad S. C.  
Orfir. & repræsentationis jure in bonis  
etiam aviæ maternæ aliisque per lineam  
maternam ascendentibus ab intestato suc-  
cedant, l. Modestinus 8. ff. Unde cognati,  
Grassus §. Success. ab intest. q. 18. à n. 17.  
Barri cit. Tit. 1. num. 17. & Haunold. à  
num. 451.*

Si verò liberi illegitimè nati spurii,  
hoc est, secundùm leges, ex meretrice pu-  
blica passim corpus suum prostitute:  
secundùm sacros Canones autem ex mu-  
liere, quacum, neque conceptionis, neque  
nativitatis prolis, neque etiam intermedio  
aliquo tempore, matrimonium potuit  
consistere, etiam ante clericatum pro-  
creati sint, à paterna successione etiam ipsi  
penitus repelluntur, *l. Ex complexu C. de  
Incest. & inutil. Nupt. & Novell. 89. cap.  
fin.* ut neque alimenta (quando propriâ  
industria aut aliâ viâ licitâ vitam conser-  
vare possunt, ut *lib. 5. Tit. 16. dicam*)  
ipsis debeantur, per textus antè *citt.* ut  
vel hac



vel hac ratione parentum libido refrænetur, *l. fin. C. de Natural. lib.*

3. Liberis seu descendentibus à defuncto ejusmodi clerico non relictis, in bonis Patrimonialibus ei, sicut aliis, succedunt ascendentes, secundum *cit. Novell. 118. cap. 2.* Quod statuendi ratio fuit non solum; quòd parentes cum liberis eadem penè persona reputentur, §. *Quod si 4. V. Et verò, Instit. de Inutil. stipulat.* atque idcirco istis, turbatò mortalitatis ordine præmortuis, succedendò ad propria sua bona reverti videantur, *l. 1. §. 12. ff. de Success. Edicto*: sed etiam ratio miserationis; quantumvis enim magis liberis debeat hereditas parentum, nihilominus ex liberorum suorum obitu conceptus moror hoc solatium exposcit; ut ad istorum præmortuorum hereditatem præ aliis vocentur parentes, *l. Scripto 7. ff. Unde liberi §. 1. Nam etsi 15. pr. ff. de Inoff. test.* utpote quibus, cum post Deum vitæ auctores nobis existant, gratiæ præ aliis rependendæ sunt, sicut honore & reverentia, sic beneficiis quoque & largitione, *Aristot. 9. Ethic. cap. 20. & Plato de Republica.*

Succedunt autem in bonis Patrimonialibus, undecunque quæsitis, liberis suis ascendentes, servatâ gradûs proximioris prærogativâ; ut, si soli & plures ascendentes defuncto eodem gradu proximò conjuncti sint, sic ut *vg.* avus & avia materni cum avo paterno, non in Capita, sed in Stirpes succedant; ac proinde avus paternus tantum, quantum avus aut avia materni simul, scilicet semissem sive medietatem unam ille solus, alterum autem semissem isti simul accipiant. Si verò ascendentium plures defuncto in diverso gradu conjuncti, *vg.* ejus pater & avus cum avia materna, aut vicissim mater cum avo aut avia paternis, superstites sint, à proximiorè remotiores, scilicet à patre vel

matre avus & avia à successione excluduntur, *Auth. Defunctio C. ad S. C. Tertul. §. cit. Novell. cap. 2.* quia, ut *ibi Glab. V. Proximi* notat, in ascendentibus representationis locus non est, sicut in descendentibus: qui ejus beneficiò in parentum suorum præmortuorum locum vocantur, *Covarruvias de Success. ab intest. n. 1. cit. Barri Tit. 2. n. 1. Fachineus Covarruv. Lib. 6. cap. 4. & cit. Molina disp. 169. num. 1.*

Neque cum hoc pugnat; quòd hi illi sint correlativi: de quorum uno dispositum trahi ad alterum solet, *l. fin. C. de Indicta vid. toll.* quia hoc non procedit, quando de iis Jure expressa sunt: versa: & non eadem ratio est utriusque; sicut in proposito casu ascendentium & descendentium; cum enim per hos, non etiam per illos, defuncti memoria conservatur, *l. Liberorum cit. hereditas descendentibus magis, quam ascendentibus debetur, Covarruvias l. cit. n. 3. Camilla in c. 1. hâc Rubric. num. 37. & Haunold. trakt. cit. à n. 474.*

Quando defuncti parentes aut ascendentes alii non soli, sed præter eos super sunt fratres aut sorores germani, hoc est, ex utroque parente conjuncti, sive ex eodem patre & matre, ex quibus defunctus procreatus, cum ascendentibus gradu proximioribus etiam hi succedunt in Capita, & non in Stirpes; ut, si *vg.* avus paternus solus, avus & avia materni cum defuncti fratre superstitibus sint, divisio in quatuor partes fiat: & avus maternus atque avia materna singuli tantum, quantum avus paternus vel frater, scilicet quædrantem consequantur, *cit. Novell. cap. 2. V. Si verò.* Quod Imperator postmodum ad hujusmodi fratris aut Sororis præmortui liberos cum alio defuncti fratre vel Sorore superstitibus ita extendit, ut hi jure representationis succedant in Stirpes.



- tem, sive, ut eam hereditatis partem accipiant, quæ patri aut matri suæ præmortuæ sive ipsius defuncti fratri aut Sorori obtigisset, si superfuisset, *Novell. 127. cap. 1. Covarruvias. l. cit. an. 4.*
10. Aliter res se habet, si cum defuncti ascendentibus nullus ejus Frater aut Soror, sed istorum duntaxat præmortuorum liberi superstitēs sint; ac proinde hi non cum aliquo patri sui defuncti fratre, sed cum avo duntaxat aut avia concurrant; hoc enim casu, ipsis exclusis, ad patri sui defuncti hereditatem avus duntaxat & avia vel alii ascendentes soli admittuntur, ut cum Perez in *C. ad S. C. Tertull. n. 8. verisimilius censet cit. Haunold. n. 478.* est ductus ratione; quod *cit. cap. 1.* hujus casus ulla mentio non fiat: & quia *cit. Novell. 118. correctorium est*; ejus dispositio ultra casum expressum non sit porrigenda.
11. Simili modo defuncti fratres & Sorores non germani, sed consanguinei duntaxat vel uterini, à superstitibus illius parentibus aut ascendentibus aliis excluduntur; quod *V. Si verò cit.* textus concursum cum defuncti ascendentibus aperte indulget solis ejus fratribus ac Sororibus germanis, *cit. Batri Tit. 2. n. 2. & Haunold. n. 477.* Hactenus de parentibus legitimis.
12. Illegitimi liberi suis præmortuis eodem casu & modo, quò hi ipsis intestatis succedunt; ut, naturali filio liberos relinquente, parentes nihil consequantur: est autem sine his decedenti & intestato pater in duas uncias succedat: mater autem ei hæres sit ex asse: nisi unà superstes sit ejus pater; hoc enim casu pater in sextantem seu duas uncias succedit: reliquæ autem decem uncia: ad matrem devolvuntur, *§. fin. Instit. ad S. C. Orfit. junctâ Auth. Licet C. de Natural. lib. si cum matre frater naturalis, ex eadem matre eodém-*

que patre natus, superstes sit, fratri defuncto cum matre æqualiter succedit, ut *arg. Auth. Defuncto C. ad S. C. Tertull. vult Salicetus in Auth. cit. n. 5.* eumque secutus Haunold. *n. 483.* quòd talis frater, quantum vis legitimus non sit, quoad hunc tamen successionis effectum germanus reputetur. Demum in liberis spuris sive ex damnato concubitu procreatis nulla parentum successio est, *cit. Gratius g. 29. Covarr. n. 19. & Canisius n. 39.*

Deficientibus tam ascendentibus quàm descendentibus, sicut laico, sic & Clerico defuncto ab intestato succedunt ejus consanguinei collaterales. Et primò quidem fratres & sorores germani utrinque conjuncti, exclusis consanguineis duntaxat & uterinis, sive ex eodem tantum patre vel ex eadem matre solâ natis: & quidem, si soli existant, in Capita. Si verò cum aliorum fratrum præmortuorum liberis concurrant, in Stirpes; ut his obvieniatur ea tantum pars, quæ patri suo, si viveret, obtigisset, *Auth. Cessante, C. de Legit. hæred. Auth. Itaque C. Communia, de Success. §. cit. Novell. 118. cap. 3.* Si verò soli filii fratrum diversorum utrinque conjunctorum extent, v.g. ex Titio unus, ex Cajo duo & ex Sempronio tres, tum hi, uterinis & consanguineis iterum exclusis, patru suo non in Stirpes, sed in Capita succedent; ut hæreditas in sex partes dividatur & singuli sextantem sive duas uncias consequantur, ut contra Accursium cum Azone aliisque eruditè defendunt *Canisius inc. 1. cit. n. 41. & Fachineus Controvers. lib. 5. cap. 3. & ex TT. cit. Molina disp. 164. n. 12. & Haunold. n. 498.* id, sicut communi Jure spectato satis ambiguum, ita in Imperio extra dubium esse asserens, postquam hoc casu hereditatis divisionem in capita faciendam, à Carolo V. in Comitibus Spirensibus constitutum est anno 1529.



14. Secundò, Fratribus aut Sororibus Germanis sive ex utroque parente conjunctis non extantibus, ad hæreditatem vocandi sunt conjuncti ex parente tantùm uno, sive ex patre sive ex matre, & cum iis ex uno eorum præmortuo superstitibus liberi, *Aurb. Post fratres C. de Legit. hæred. ita tamen;* ut si fratres consanguinei concurrant cum uterinis, illis solis paterna, istis verò solis materna bona deferantur, habità ratione originis, unde bona sunt profecta, ut ex *l. Si emancipatus 13. C. eadem Rubr. DD.* defumunt apud Brunemannum *ibi n. 2.*

15. Tertiò, si neque fratres aut sorores, neque ulli istorum liberi extent, reliqui consanguinei, nullò sexûs, cognationis vel agnationis aut conjunctionis ex uno vel utroque latere discrimine factò, non in Stirpes, sed in Capita succedunt usq; ad decimum gradum; ut hæreditas inter eos secundùm personarum numerum æqualiter dividatur, & remotiores à propinquieribus excludantur; quia in talibus sola cognatio & propinquitas spectatur, *Aurb. Post fratres cit. & cit. Novell. 118. cap. 3. in fine & cap. 4.* est communis sensus DD. Unde satis expedita est resolutio

Dubitationis nuper motæ de successione Titii: qui, cum opes quidem satis amplas, sed neque descendentes aut ascendentes, neque etiam fratres aut sorores, neque ex istis nepotes neptésve: sed tres duntaxat patruos, patris sui Caji fratres tantùm consanguinos vel uterinos, hoc est, ex eodem tantùm patre vel ex eadem solùm matre conjunctos, & ex totidem patruorum, Caji patris sui fratrum germanorum, sive ex eodem patre eadèmq; matre conjunctorum, complures liberos superstitibus haberet, nullòque testamèto conditò decessisset, super ejus intestati hæreditate tribus patruis superstitibus litem moverunt trium patruorum præ-

mortuorum liberi, & illis omnino exclusis vel saltem cum illis ad hæreditatem admitti petierunt, eà persuasi ratione, quòd ipsi patrum suorum præmortuorum, patruorum Titii & Fratrum Germanorum Caji, personas repræsentantes, que eorum locum succedant: ab illis tantem tanquam Caji fratribus germanis ejusdem fratres tantùm consanguinei vel uterini excludantur, *Aurb. resiste C. de Legit. hæred.*

Sed ratione hæc potior est decisio Juris, eò casu, quò neque descendentes aut ascendentes, neque fratres aut sorores neque ab his procreati liberi superstitibus, hæreditatem collateralibus ceteris præ proximis deferentis; ut hi defuncto intestato non in Stirpes sed in Capita: & si plures sint, secundùm numerum personarum æqualiter succedant: & gradus remotiores quoscunque sine ullo inter matres & foeminas, agnatos & cognatos, existentes in potestate patris & emancipatos, superiores & inferiores, atque etiam inter bona paterna & materna discrimine, omni que repræsentatione sublatà, excludant *Novell. 118. cap. 3. §. fin. & Aurb. Post fratres 2. C. de Legit. hæred. Ubi de Success. intest. p. 3. n. 7. Rolilla de Success. n. 154. Molina Tract. 2. de J. J. disp. 164. n. 8. Schneidewin. Instit. de Success. ab intest. de 3. Ord. succed. n. 59. Pirrhing ad hanc Rubr. n. 24. & Brunemann in Aurb. cit. n. 9.* Quare in proposito casu Titii patruus adhuc superstitibus licet Caji, qui pater Titii erat, fratres tantùm consanguinei vel uterini sint, sed Titio in omnibus bonis succedunt, patruorum Caji fratrum germanorum liberis exclusis; quòd patruus superstitibus Titio, de cujus intestati hæreditate agitur, cognationis gradu proximior sit, quam liberi patruorum Titii, & Caji fratrum germanorum.

Ex his



Ex his planè evanescit pro patruorum liberis deducta ratio; quia representatio in collateralibus ultra ejus, de cujus hereditate agitur, fratrum liberos non pertrahitur; neque post istos amplius attenditur, an cognati simplici vel duplici vinculo, hoc est, ex uno tantum vel utroque parente sint conjuncti: sed solius cognationis & proximitatis gradus ratio habetur, *Ant. cit.* ut defuncto intestato, qui cognationis gradu remotiores sunt, à propinquioribus excludantur: & qui proximò parique gradu ei conjuncti sunt, pariter & æqualiter admittantur, & secundum numerum personarum hereditatem æqualiter partiantur, *text. & DD. cit.*

Neque hæcenus, de clericorum intestatorum in bonis Patrimonialibus successione, deductis adversatur; quòd Episcopus, filios aut nepotes non habens, alium quàm Ecclesiam hæredem relinquere non permittatur à Concilio Agathensi, *can. Episcopus, 12. q. 2. relatò & à Triburienti c. Sancto 2. hæc Rubr.* Presbyterorum defunctorum peculium dividi jubetur in quatuor partes: quarum una Episcopo, altera Ecclesie, tertia pauperibus & quarta duntaxat parentibus assignatur. Non, inquam, hi textus adversantur; quia imprimis *can. cit.* Episcopi proponi consilium, non præceptum imponi, vult Glossa à DD. passim recepta in *can. cit. V. Alium.* Deinde; quia, spectatà literà ejus Originali, à Covarruvia in *c. 1. de Testament. n. 6. relatà*, Concilium Agathense aliud non intendit, quàm ejusmodi Episcopi, si non Ecclesiam, sicut deceret, sed alium hæredem faciat, & res Ecclesie illicitè alienet, alienationem non tenere, juxta *Reg. can. Sine exceptione, 12. q. 2. cit.* Barbosa in *can. Episcopus cit. n. 3. & Gonzalez in c. 1. de Testament. n. 15.* Demum; quia

*c. Sancto cit.* sermo est de Presbyteris, qui ante promotionem ad sacros Ordines fuerunt servi, & intuitu Divinorum libertatem consecuti sunt à dominis ipsos manumittentibus; ut sacris Ordinibus initiati Ecclesie deservirent: de quorum decedentium substantia, etiam aliunde, quàm intuitu Ecclesie quæsitæ, contra quàm de libertis laicis, §. *Sed nostra 3. Instit. de Success. libert.* habetur, nullam partem sibi vendicat patronus: neque etiam, sicut de aliis clericis intestatis est dictum, succedunt soli consanguinei, sed in parte solùm quarta: reliquæ verò tres partes in opera pia distribuuntur; ut ita compenseur libertas, quam Pietatis & Divini officii intuitu sunt consecuti, Vivianus in *c. cit. & ibi Gonzalez n. 11.* Si tamen servus sacrorum Ordinum & clericatus assumendi intuitu manumissus esset non simpliciter, ut *c. Sancto cit.* supponitur, sed adjectâ conditione modòve; ut ejus intestati & sine liberis decedentis bona aliunde, quàm Ecclesie intuitu quæsitæ ad patronum pertineant, hanc ab ejus intestati successione Jure non excludi, verisimiliter existimat Barbosa in *c. cit. n. 3. in fine.*

Denique, non extantibus ullis consanguineis seu cognatis, Clericis intestatis in bonis Patrimonialibus succedit Ecclesia, in qua ministrarunt *can. fin. 12. q. 5. c. 1. hic. & l. Si quis Presbyter 20. C. de Episc. & Cleric.* Ratio est; quòd Ecclesia clerico beneficiato sit locò Uxor, *arg. c. Inter 2. de Translat. Episc.* sicut ergo, non extantibus ullis consanguineis, marito intestato, excludò fisco, Uxor, *l. Unica C. Unde vir & l. fin. C. Theodos. de Legit. hered.* sic in successione clerici fisco præfertur Ecclesia, in qua ministravit, Vivianus in *c. Adhoc cit.*

Si verò in nulla Ecclesia ministravit, sive beneficiatus non fuit, ejus intestati & sine



sine consanguineis decedentis bona devolventur ad Fiscum Ecclesie loci, in quo est versatus, & arbitrio Episcopi in Pias causas impenduntur, Panormit. in c. Ad hoc cit. Molina disp. 164. n. 20. & Barbosa in c. 1. n. 2. in fine: nec immerito; cum etiam laico consanguineos & uxorem non habenti in bonis, tanquam vacantibus, succedat Fiscus Secularis, l. 1. l. Vacantia

4. C. de Bonis vacant. §. 1. §. 2. ff. de Jure Fisci. Huic tamen Ecclesie juri derogatum est in multis provinciis, in quibus clericorum intestatorum & consanguineos non habentium bona Patrimonialia fiscus secularis apprehendit, Ecclesiasticò exclusò & facillè acquiescente, si Ecclesiarum intuitu quaesita ab illo intacta forent.

19. Haec tamen de bonis Patrimonialibus, quibus quasi Patrimonialia, utpote personarum potius, quam Ecclesie intuitu quaesita, æquiparari, ex Tit. 25. n. 19. constat. Unde, sicut illa, sic etiam hæc à clericis intestatis ad legitimos hæredes deferri, rectè tradit Canisius in c. 1. cit. n. 51.

### ARTICULUS II.

## De Successione in bonis ipsorum Beneficialibus.

### SUMMARIUM.

21. In his clerico intestato succedit Ecclesia,
22. Una vel plures, quarum fuit beneficiatus:
23. Seclusò privilegio & consuetudine.
24. De jure Spoliatorum Papæ,
25. Et aliquando inferioribus competente.

26. Consuetudinem consanguineis illa deferentem damnantur,
27. Et approbantur verior Opin.
28. Monitum Clericis salubre,

**S**uperfunt bona Clericorum Beneficialia, sive intuitu Ecclesie quaesita: quæ, clericò mortuò, de legitimis hæredibus exclusis, remanere debent penes propriam Ecclesiam, can. Quoniam 2, dist. 75. c. 1. §. 1. fin. de Pecul. cleric. c. Cum in officio, §. c. Relatum 12. de Testam. hoc autem penes Collegium clericorum seu conciliorum: vel, si clericus defunctus bona sive reditus à collegio separatos possidet, penes ipsius in Ecclesia vel beneficio locum cessorem, v.g. Episcopum, parochum vel similem alium, c. fin. de Offic. Ordin. 6. Vallens, ad hanc Rubr. n. 6. & Engel n. 23. Si verò iste beneficium fuit Ecclesiarum diversarum, relicta ab eo hujusmodi bona, quando non appareat, cujus Ecclesie Beneficio proveniant, inter illas, habità ratione fructuum à singulis perceptorum, sunt dividenda; ut illi plus relinquendum sit, à qua plus percepit, c. cit. in fine, ubi Barbosa n. 10. Similis divisio facienda inter Ecclesiam & hæredes est, quando clericus præter beneficium habuit patrimonium, & aliunde non constat, an ab ipso relicta ad patrimonium, aut beneficium spectent, Vivianus in c. Relatum cit. in fine, ut dictum est Tit. 25. num. 47.

Ab his tamen Juris Ecclesie communis definitionibus, quantumvis, sicut perspicua, ita æquissima sint, cum tempore multum variæque est recessum. Et imprimis quidem jure speciali Privilegii vel Consuetudinis legitime præscriptæ, sicut Ecclesie & beneficii vacantis, sic ab illius Rectore vel beneficiato relicta bona ad Prælatum vel aliam personam Ecclesiasticam



stificam spectare posse, omnino exploratum est ex *c. fin. cit. V. Nisi de Specialibus de Offic. Ord. in 6. Barbosa in c. cit. n.*

3. Dein: quia bona Clericorum, quæ verè aut quali Patrimonialia non sunt, & non spectant ad domesticam suppellectilem, ut arca, mensa, sedilia, doctia vacua & similia: vel ex beneficiis aut pensionibus, redditus majores quàm triginta aureorum de Camera non habentibus, relicta sunt, tanquam Spolia Sedi Apostolicæ ejusque Camerae reservantur *Constitutionibus Julii III. Pauli III. & IV. Pii IV. & V. teste Navarro Comment. de Spoliis §. 14. & Canisio in c. 1. n. 50.* qui tamen monet, distictorum summorum Pontificum de Spoliis Constitutiones usu non receptas in Germania nostra. In istis tamen superioribus Provinciis alibi bona Clericorum, quæ Patrimonialia esse non constat, ab Episcopis aliisque collaribus Spoliorum nomine vindicari solent. In inferioribus autem sive Provinciis Belgicis iisdem intestatis in mobilibus intuitu Ecclesiæ quæsitis, Capitula sive Episcopos succedere, notat Valens. *ad hanc Rubric. n. 7.* Demum: quia ex privilegio Apostolico iisdem ab intestato succedere consanguineos posse, res certa apud omnes

26. Dubium autem & controversia ingens est, an hi illis succedere in bonis Beneficialibus etiam valeant vi Consuetudinis, hanc enim, tanquam irrationabilem & corruptelam, impugnant *citt. Navarrus de Reddit. Eccles. q. 3. monito 11. n. 3. Canisius l. cit. n. 84. & alii adversus Consuetudinem de ejusmodi bonis testandi ad Rubric. preced. n. 37. relati.* Contrà cum Covarruvia & aliis *ibid. n. 38. pro eadem Consuetudine allegatis, eam tanquam validam defendunt Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 147. n. 28. Sarmiento p. 2. de Reddit. cap. 6. n.*

1. Petr. Barbosa in *l. Divortio pr. ff. Soluto matr. p. 2. n. 65. Oliva de Foro Eccles. p. 2. q. 30. n. 1. & Zæsius ad hanc Rubric. n. 4.*

27. Ex quorum pugnantibus Opinibus, sicut probabilem utramque, sic probabiliorē censo ac præfero posteriorē; etsi, sicut *l. cit. n. 39.* de testandi, sic quoque de intestatis succedendi Consuetudine, an ita, ut aliqui volunt, latè saltem in Germania pateat, non parùm ambigam. Sed utcumque hoc sit, iisdem rationum momentis, quibus de bonis Beneficialibus testandi, clericis intestatis in iis succedendi Consuetudo suadetur, &

Confirmatur primò ex *c. Cum tibi 18. junctâ Glosâ in Casu, de V. S. & Extravag. 2. Joan. XX. de Electi.* quorum textuum priori hujusmodi Consuetudo, dum contra eam concessum privilegium latè interpretandum, asseritur sine ulla illius reprobatione, non obscurè à Papa sustinetur saltem, ubi adversus eam privilegium non est concessum: posteriori permittitur Consuetudo, vi cujus beneficii vacantis fructuum pars aliqua ad unum, duos vel plures annos pertineat ad defunctum; ac proinde etiam, ut ab hoc ex Testamentaria vel Legitima successione ad consanguineos devolvantur, saltem si ea sit tanti temporis, cujus initii memoria non existit, ut *in c. Cum in officiis 7. de Testament. observat Covarruvias n. 26.* Secundò, paritate cum Consuetudine testandi; cum enim argumentum ab Expresso ad Tacitum Jure validum sit, per ea, quæ tradit Everard. *Legal. arg. loco 27. n. 1.* Consuetudo validum reddere poterit, sicut beneficii testamentum sive dispositionem ad causas prophanas expressam, sic etiam tacitam; ut eo ipso, quòd quis intestatus decedat, relicta ab ipso bona hi vel illi hæredes

T t t 3 confe-



- consequantur, ut arguit Molina *cit. n. 28.* Tertiò; quia tali Consuetudine permixta evitantur plurimæ lites aliæque gravia incommoda, provenientia ex incertitudine, an bona relicta Patrimonialia, an aliunde personæ vel Ecclesiæ intuitu sint quæsitæ. Quartò; quia hujusmodi Consuetudo in Gallia, Regno Castellæ & alibi de facto viger, testibus *cit. Petr. Barbosa n. 6. Oliva n. 1. & præsertim Covarruvia n. 27.* qui tamen clericos ipsos salubriter hortatur; ut tam gradus, in quo per sacram Ordinationem constituti sunt & officii sui, quàm Ecclesiasticæ in se benignitatis liberalitatisque memores, Ecclesiarum & beneficiorum suorum intuitu quæsitæ bona pias in easdem, in pauperes, cæterasque Pias causas largitionibus impendendò, animarum suarum salutem consulere & aliis Fidelibus exemplò præluere studeant; ne opes, quas ipsis, dum vivunt, in has non largientibus, non capit Christus, rapiat Fiscus; aut, istò non absorbente, beneficiorum non raro immemores & plerumque ingrati consanguinei abluant.
33. *Ejus capacem professio Monasterium succedit,*  
 34. *Etiã in bonis adventitiis,*  
 35. *Usufructu tamen in his remanente patri;*  
 36. *Et, si quem ipse habuit, ad Monasterium transeunte,*  
 37. *Eidem Monasterium succedit in fructu, cujus capax est;*  
 38. *In emphyteusi, alienari vetitum præsentiore;*  
 39. *Et aliquando ad tempus in Majoratu.*  
 40. *Non etiã in jure Retractus Consanguinitatis;*  
 41. *Licet presentandi jus acquirat.*  
 42. *Res professio delatas Monasterium mediata secundum aliquos;*  
 43. *Verius immediata acquirat.*  
 44. *Aut, presentem cogit ad acceptationem,*  
 45. *Ejusque nolentis descentum supplet.*  
 46. *Legitimam filio Religionem professus pater,*  
 47. *Et huc filius professus debet;*  
 48. *Eamque præstat post professionem in Religione successioni incapax;*  
 49. *Imò etiã in capaci emissam,*

## ARTICULUS III.

## De Hæredibus Novitiorum &amp; Professorum Intestatorum.

## SUMMARIUM.

29. *Novitius de bonis liberè testatur.*  
 30. *Ei intestato secundum aliquos Monasterium;*  
 31. *Verius proximiores consanguinei succedunt.*  
 32. *Qui & professio Religionem, successioni incapax.*

**A** Religiosi Ordinis Novitius bona sua testamento, donatione, aut cessione aliâ in Monasterium, consanguineos, aliosve pro sua voluntatis arbitrio transferri posse, DD. unanimes & *Tir. 31. a. n. 46.* declarant sententia est.

Non etiã, an & quis ei, sine testamentaria aliave dispositione decedenti, succedat; cum non desint, qui cum *Ant. de Butrio in c. In presentia s. de Probat. n. 44. Decio ibid. n. 284. Claro s. Testamentum q. 28. n. 6.* ejus bona Monasterio addicant, hæredibus ab intestato venientibus exclusis; quod ex *na, Nov.*



31. *Novitius ipsò Religionis ingressu, & perseverantià in ea ipsò obitu consummatà personam suam & in consequentiam, sua quoque bona Monasterio tacitè (seu ipsò factò dedicàrit: ex altera verò parte, si se suaque dedicàset expressè, ejus bona Monasterio, non consanguineis ab intestato succedentibus, obvenirent. Cùm ergo expressi & taciti eadem vis idèmq; iudicium sit, l. Cùm quid 3. ff. Si cert. petat. in Religione usque ad obitum perseverantis bona, tanquam accessoria personæ, Monasterio cedent, Cui rationi non leve pondus addit; quòd Novitius, quamdiu à Religione non recedit, persona Ecclesiastica & Religiosa reputetur, Forique & Canonis privilegiis professorum instar defendatur. Unde æquum, ajunt; ut quemadmodum istorum, sic & Novitii intestati bona Monasterio relinquatur.*

Verùm, quia Novitius neque suo in Religionem ingressu vel habitù assumptione, neque morte ipsa verus Religiosus cum effectu evasit; cùm talem sola professio efficiat, c. Porrectum 13. de Regular. & c. Religioso 21. s. Quamvis de Sent. excom. in 6. neque in Monasterium bona sua ultimà voluntate aliàve dispositione validà contulerit: de iisque, si superesset, quavis ratione disponere liberè posset, ab ejus bonis consanguineos removendos, ulla ratio non evincit, ut cum Panormit. in c. In presentia cit. n. 68. Beronio ibid. n. 552. Franco in Rubr. de Testament. in 6. n. 67. Navarro Comment. 2. de Regular. n. 49. observat Gutierrez Lib. 2. Q. Q. Canon. cap. 1. n. 101. Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 140. n. 2. & Sanchez Lib. 7. Moral. cap. 3. n. 92. quocum Palao Tract. 16. disp. 1. p. 16. n. 1. Monasterium à consanguineis, non descendentes duntaxat & ascendentes, sed collateralibus quoque ita exclu-

di ait; ut, si ultimà voluntate aliòve modo legitimò aliquid sibi relictum non probet, nec Legitimam consequatur; cùm Monasterium locò Filii Novitio esse nuppiam sit expressum: imò, seclusà prævià conventionè, alimentorum expensas petere non possit; cùm hoc quoque ullò Jure cautum non sit, idque caveri non fuerit conveniens; ne eas refundendi obligatione ad seculum redeundi libertas adimeretur vel minueretur.

Neque hanc de successione in bonis Novitii resolutionem convellit in contrarium adducta ratio; cùm enim Novitius ingressu & habitù susceptione Religionis se solummodo ad probationem, non absolute tradiderit: & ipsa etiam mors hujusmodi traditio non sit, neque cum effectu Religiosum efficiendi, neque ab intestato venientes excludendi vim habeat. Neque refert; quòd Novitius Fori & Canonis privilegiis defendatur; quia utrumque hoc privilegium competere potest ei, qui Religiosus & Clericus actu non est: & Monasterio non confert jus Novitii personam & bona retinendi. Hac de Religionis Novitii.

De ejus Professis & veris Religiosis, qui de bonis suis ante Professionem non disposuerunt, à DD. recepta & Regulæ instar notanda est distinctio inter eos, qui Monasterium sive Religionem successioneis capacè & qui incapacem sunt ingressi; cùm, si ejus incapacem, ut est Religio & Monasteria S. Francisci FF. Minorum, qui de Observantia vocantur, & Capucinatorum, secundum Clement. Exivi 1. de V. S. uti etiam quoad successionem ab intestato quæcunque Domus, Ecclesiæ & Collegia Societatis JESU; quantumvis enim istius Scholastici & Coadjutores nondum Formati cujuscunque successioneis capaces sint, Domus tamen, Ecclesiæ & Collegia ipsius in bonis suorum Religio.



Religiosorum intestatorum succedendi jure carent, secundum *Constitut. p. 6. cap. 2. §. 12.* Congreg. Gen. III. *can. 4.* & Apostolicam *Constitutionem* Gregorii III. quæ incipit *Afendente*, 8. Cal. Junij 1582. & 84. editam: si, inquam, successione incapax Religionem ingressi sint, & ante Professionem nihil dispo- fuerint, bona eorum omnia ab ipsa Professionis die ad proximos consanguineos aliisque hæredes ab intestato devolvi per- inde, ut, si ante naturali morte defun- cti essent, communis omnium sentus & certa doctrina est; quia, cum talis se spoliaret omni dominio & possessione: & hæc in Monasterium propter ejus incapacitatem non transeat, de Jure, ne domi- nio careant, ad alios scilicet hæredes ab intestato devolventur, Panormit. *in c. In presentia cit. n. 62.* Felinus *ibid. n. 50.* Baldus *in Auth. Ingressi C. de SS. Ec- cles. n. 38.* Clarus *§. cit. q. 28. n. 7.* Mo- lina *Trañ. cit. disp. 39. n. 5.* Lessius *Lib. 2. de l. & I. cap. 41. n. 86.* & Sanchez *cit. Lib. 7. cap. 35. n. 11.*

33. Si verò Religionem successione cap- pacem ingressi & intestati decedant, eor- um bona, quocunque titulò quæsitã sint, omnia transeunt ad Monasterium, *Auth. Ingressi cit. Auth. Si qua mulier C. de SS. Eccles. Novell. 5. cap. 5. Novell. 123. cap. 38. can. Quia ingredientibus 7. & can. Si qua mulier 9. pr. 19. q. 3.* ita ta- men; ut liberis, si quos habent, Legiti- ma sit relinquenda, *Auth. & can. Si qua & cap. 38. cit.* Ratio, cur hujusmodi Religionem professis succedendi jus Mo- nasterio concessum sit, est; quòd æqui- tas dicitur; ut, cujus obsequio Divino mancipatur persona, etiam huic acces- soriz res Deo ejusque cultui consecren- tur: & bona potius cedant Monasterio, à quo ille necessaria vitæ alimenta est per- cepturus; quàm aliis, quorum neque de-

bitor est, neque ulla vitæ subsidia ab ip- sis recepturus, Panormit. *in c. cit. n. 77.* Sylvester *V. Religio 6. q. 2.* Navarra *Comment. 2. cit. n. 50. cit. Molina disp. 140. n. 3.* Lessius *n. 82.* & Sanchez *cap. 12. n. 9.* Quæ sicut satis certa, sic

Dubium & controversia est de ma- riis bonis ac juribus, an & quâ ratione Professione Religionis successione cap- cis in Monasterium ab intestato trans- rantur.

Et primò quidem de peculio Adven- titio filii familias: quod cum ipso hujus- modi Religionem professio ad Monas- terium tranfire, extra controversiam est, propter textus *citt.* An verò in eo usufructum, quem antè habuit, post professionem pater retineat, dubium & dubitandi ratio non levis est; quòd si à filio editã cesset patria potestas: qua- cum causa sit acquisitionis hujusmodi usufructus, iste cessabit post professionem, *arg. c. Cum cessante 60. de Appell. l. Ita cum Covarruvia in c. Quia ingredientibus 2. de testament. n. 9.* Fachineas *Lib. 6. Controvers. cap. 12.*

Verùm, quia Usufructus iste, si- cet in fieri à patria potestate pendeat, tamen cessante conservari potest, *l. fin. §. 1. C. ad SC. Terull.* propter reveren- tiam patri adhuc debitam: & in ante- tendò usufructu non domini, sed usufructuarii mors attenditur, *l. Si pater 3. §. 1. C. & §. fin. Instit. de Usufructu*, ratio- tò minus attenditur mors Civilis, qua- tò contingit per professionem. Quare nec peculium adventitium ad Monas- terium transeat quoad proprietatem, pro- pter tamen in seculo manentem usufruc- tum, in eo sibi antè competente, nisi professione non privari, cum Decretis *in c. In presentia cit. à n. 247.* Navarra *cit. Comment. 2. n. 55.* Rodriguez *Tom. 3. Regular. q. 16. art. 4.* merito determinat *cit. Lib.*



cit. Lessius n. 83. & Sanchez cap. 13.

Secundò de Usufructu, tam Legati, quem in bonis adventitiis filii in testamento manentis ex legis dispositione pater habet, quam Conventionali, sive qui alicui competit ex donatione, venditione aliave conventionem, & aliquando ex ultima voluntate: quem utrumque professione in Religione successione incapace à patre aliòve Usufructuario edita, extingui & cum proprietate consolidari, convenit inter DD.

Idem dicendum, si is profiteatur Religionem successione incapax, cum Glolla in can. Si qua mulier cit. V. Non extantibus, existimat Fachineus Controvers. Lib. 6. cap. 12. §. Ego puro, & suadet tergemina ratione. Primò; quòd professus quasi mortuus censetur, can. Placuit, 16. q. 1. Usufructus autem usufructuarii morte extinguitur, §. fin. Infit. de Usufructu. Secundò; quòd usufructus manere nequeat in persona ipsius professi, propter votum Paupertatis: neque ab ea in Monasterium transferri; cum sit jus Personale, & ab usufructuario transferri nequeat, nisi in dominium proprietatis, l. Si usufructus 66. ff. de Jure Dotium. Tertio, paritate cum pensione: quam Pensionarii professione, sicut morte naturali, extingui, ex recepto stylo Curia Romanæ docet Gigas de Pensionibus q. 57. n. 5. arg. c. Beneficium 4. de Regular. in 6.

Nihilominus Usufructum professione non extingui, sicut communior, sic verior est doctrina, quam cum Glolla in Auth. Ingressi cit. V. Dedicant & in c. in presentia cit. cum Innocentio n. 5. Joan. Andr. n. 16. Hostiensis n. 8. Navarro Comment. cit. n. 38. & aliis Interpp. ac DD. magnò numerò congestis defendunt Sanchez cit. Lib. 7. cap. 13. n.

48. Suarez Tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 13. n. 6. & Palao Tract. 16. disp. 3. p. 4. §. 1. n. 3. propter generalitatem Auth. Ingressi cit. à professo, sicut se, sic sua quoque sine distinctione & exceptione Deo dedicari, asserentis: & quia favet Religionis latam interpretationem admittentis, arg. l. Sunt persona 41. ff. de Relig. & sumpt. Quare usufructus primò finietur morte naturali professi; nisi relictus esset ipsi ejusque hæredibus; hoc enim casu quia novus usufructus in Monasterio constitutus esset, à professi morte centum annis duraret, sicut alius usufructus Monasterio relictus, arg. l. An usufructus 56. ff. de Usufructu, cit. Sanchez cap. 13. n. 5. Unde

Prior ratio in contrarium allata plane corrumpit; quia morti Civili non eandem usufructus extinguendi vim inesse, suadet ex Auth. cit. Neque urget altera; quia usufructus penes Monasterium manere potest sine vera transmissione vel translatione; cum re ipsa Monasterio per professionem solummodo communicetur; ut usufructus, qui antè à professo in particulari, postea ab ipso possideatur cum communitate, cui per professionem est incorporatus. Multò minorem vim habet paritas cum Pensione; cum hanc extingui exigat favor Ecclesiæ, cui expedit beneficia libera esse: non item extingui usufructum, Palao Tract. cit. disp. 3. p. 4. §. 1. n. 4.

Tertio de Feudis: quæ, si Franca sive libera à servitio, vel hoc Reale sit, aut per substitutum præstari valeat, ad Monasterium transire, cum Panormit. in c. In presentia cit. n. 69. Navarro cit. n. 55. Claròque §. Feudum, q. 78. n. 1. & aliis defendunt cit. Molina disp. 140. n. 15. Lessius cap. 41. n. 84. & Sanchez cap. 15. n. 36. eà ducti ratione; quòd à Regula generali, bona professi omnia ad

U u u

Mona-



Monasterium transire permittente, feuda non sint excepta. Et si verò hoc ita, & Regulæ instar sit, Monasterium succedere in omni feudo, quod etiam pro foemina est concessum, & ex natura vel institutione sua ipsum specialiter non excludit, *cit. Sanchez n. 38. juxta dicta Tit. 20. à n. 50.* Religiosò tamen, cujus professione ad Monasterium transit, vitâ fundò, feudù ad alios, investituræ tenore ad id vocatos: & his non superstitibus, ad dominum directum revertitur, *cite. Clarus q. 78. n. 3. & Sanchez n. 46.*

38. Quartò, de Emphyteusi, saltem concessâ sub conditione; ne ad Ecclesiam vel personam potentiorē transferatur: cujusmodi conditionem licet Felinus *in c. In presentia cit. n. 36. & Sylvester V. Emphyteusis, q. 20. n. 27. & cit. Sanchez cap. 15. n. 65.* exaudiendam velint de translatione voluntaria & directâ: non de indirectâ, quæ fit cum translatione personæ, & ex dispositione legis bona transferentis: verisimiliùs tamen Bartholus *in Auth. ingressi cit. f. 2. n. 19. Baldus ibid. n. 31. Barbatia in c. In presentia cit. n. 121. & Palao cit. disp. 3. p. 4. §. 3. n. 8.* eam de qualibet translatione accipiendam volunt; partim propter paritatem Majoratùs, similem clausulam habentis: & propterea ad Monasterium non transeuntis, etiam indirectè: partim verò; quòd etiam indirectâ & in consequentiam personæ facta translatio repugnet fini, intento per ejusmodi clausulæ appositionem; ne scilicet propter Ecclesiæ privilegia aut emphyteuticæ potentiam durior fiat conditio domini proprietatis, & ratione emphyteuticæ debita difficiliùs consequatur.

39. Quintò de Majoratu: in quo locus, imò opus est aliquâ distinctione; & quidem, si Majoratus sit ex iis, qui summam dignitatem, ut Regnum, Duca-

tus & similes, aut jurisdictionem temporalem in aliquod oppidum annatum habent: uti & si ad agnationem & militiæ conservationem vel cum onere nominis familiæ & istius arma acque insignia deferendi institutus, vel in ejus institutione adjecta sit alia clausula Religiosum excludens, isti Religionem professi Monasterium (etiam aliàs successioni capax) non succedere, sed Majoratum à die professionis ad proximum agnatum devolvi, communis sensus est DD. & ostenditur à *cit. Sanchez cap. 15. n. 6. & 22.* Si verò ejusmodi summam dignitatem, jurisdictionem aut onus agnatum non habeat, neque agnationis familiæ favore & sine clausula Monasterium excludente institutus sit, patet recepta eorundem doctrina est, cum cum professo ad Monasterium successioni capax transire; ut, quamdiu ille viri, Majoratùs commoditatem totam Monasterium percipiat: & illò primum naturaliter mortuò ad proximum agnatum devolvatur, *Tapia in Auth. Ingressi cit. V. Sua, cap. 16. n. 9. Molina ICT. 2. Lib. 2. de Primogen. cap. 13. n. 93. Molina Theologus cit. Trañ. 2. disp. 63. n. 3. & Sanchez cap. 15. n. 16.*

Sextò, de jure Retrahendæ rem alienam extra familiam, ratione Langue nis competente ante professionem: quòd ad Monasterium cum illo non transeat, cum Tiraquello *de Retrañu genit. §. 1. gloss. §. n. 19.* docent *cit. Sanchez cap. 14. n. 26. & Palao p. 4. §. 2. n. 1.* res Retrañui obnoxia alienetur extra familiam, scilicet in Monasterium: cui non sibi ac familiæ, rem retraham monachus acquirat.

Septimò de jure Patronatus; hoc enim ad Monasterium non transire, sed penes ipsum professum remanere, suscipitur ex eo, quòd non sit res pretiò estimabilis.



stimabilis, atque idcirco voto Paupertatis non repugnet. Sed obstat *Auth. Ingressi cit.* & alii textus adducti: secundum quos professi bona & jura omnia in Monasterium transferuntur. Quam obrem cum ipso ad hoc transibit etiam Patronatus seu presentandi jus, tam Personale quam Reale: nisi ex dispositione fundatoris penes familiam debeat remanere, vel annexum sit Majoratui &c. qui ex natura & institutione sua Monasterium excludat, Lambertinus *Lib. 2. de Jure patron. p. 1. q. 2. art. 10. n. ult. cit.* Sanchez à n. 2. & Palao n. 3.

42. Dubium secundò, & inter utriusque Juris Interpp. ac DD. controversia celebris est, an Religionem successioneis capacem professo delata hereditas vel legatū Monasterio acquiratur immediatè, vel solum mediatè, putat mediante ipsius professi aditione vel acceptatione; ut, istò illam adire vel hoc acceptare renuente, Monasterio nihil acquiratur. Mediatè tantum Monasterio acquiri, Menhaca de *Success. creat. Lib. 3. §. 11. n. 25.* Fachineus *Lib. 6. Controvers. cap. 16.* & alii delinunt imprimis ex *l. Deo nobis 56. de Episc. & Cleric.* quò decisum est, monachos in omnem parentum substantiam succedere, professione Monastica non obstante. Deinde; quòd monachus comparetur servo, cui delata hereditas, si hanc ipse adire nolit, domino non acquiritur, *l. Cum proponas 3. C. de Hered. instit.* Demum; quòd necessitati aditionis ipsius professi non obstat defectus proprii Nolle ac Velle: cum, licet ejus aditionem aut acceptationem à superioris voluntate dependentem reddat, non tamen faciat; ut ejus aditio vel acceptatio necessaria non sit, ad hereditatem vel legatum Monasterio acquirendum.

43. Sed Jure & ratione meliori DD. alii monacho delatæ hereditatis & legati ac-

quisitionem immediatam Monasterio adstruunt; quòd exploratum omnino sit, ipsà professione bona & jura monachi omnia, omnemque ejus voluntatem in Monasterium transferri, *Auth. Ingressi cit. can. Nolo 11. can. Non dicatis 13. §. Cum hujus, 12. q. 1. c. Si Religiosus 27. pr. de Elect. in 6. Ec.* ac proinde etiam jus & voluntatem adeundi delatam hereditatem & legatum acceptandi. Ita cum Panormit. *in c. In presentia cit. n. 7.* Berroio *ibid. n. 558.* Lambertino *cit. p. 1. §. n. 1.* Rodriquez *Tom. 2. Regular. q. 77. art. 1.* laudati Molina *cit. disp. 140. n. 19.* & Sanchez *cap. 12. n. 40.* quorum doctrinam amplexi sunt multi ex *ICT. is &*, qui non amplectuntur, Religiosum renuente, sicut ad alia Monasterio utilia, sic etiam ad hereditatem adeundam & acceptandum legatum, cum præceptò tum etià pœnis compelli posse, volunt cum Speculat. *Tit. de Statu Monach. §. Unico, n. 12.* Fulgoso *in l. fin. §. Hoc etiam, C. de Episc. & Cleric. n. 3.* & aliis. Si verò, his insuper habitis, adire vel acceptare contumaciter noller, ejus tanquam subditi sui negligentiam suppleri, & Monasterio proveniens damnum reparari à Pralato posse, existimant *cit. Sanchez n. 42.* & Palao *p. 5. n. 5.* ne ipsius contumaciam Monasterium luat, contra *Reg. Delictum 76. in 8.*

Neque, ea Monasterio tantum mediate acquiri, evincunt allata argumenta. Primum; quia, licet ex *l. Deo cit.* rectè probetur, Professione Suitatis & succedendi jus non amitti, hoc tamen ipsi monacho competere, non inferitur; cum omne ipsius jus & voluntas in Monasterium sint translata. Alterum; quia monachus, licet servo comparetur quoad ipsam acquisitionem, quatenus quidquid acquirit, Monasterio acquirit, quoad



modum tamen acquirendi comparatur filiofamilias, cui delatam hereditatem adire, ipsò nolente, pater potest, *l. fin. C. de Bonis, qua liberis*. Ergo etiam professo delatam hereditatem adire poterit Monasterium; quia professus nunc servo, nunc filio comparatur in favorem Monasterii, prout huic utilius est, *arg. Reg. Quod ob gratiam 61: in 6. Monasterio autem utilius est, professum quoad substantiam servo, quoad modum autem acquisitionis filiofamilias comparari, cit. Molina n. 19. & pulchrè Sanchez cap. 12. n. 40.* Postremum; quia hòc ipsò; quod, juxta dicta, sicut alia, sic etiam adeundi jus & voluntas translata sint ad Monasterium, hereditas adiri ab isto sine illo & immediatè potest. Unde

Inferitur primò, hereditatem adiri à Monasterio posse, etiam si professus, cui illa delata est, inciderit in amentiam, Baldus *in l. fin. §. Hoc etiam, C. de Episc. & Cleric. n. 7. & cit. Sanchez n. 43.* Secundò hereditatem, delatam professo viventi, adiri à Monasterio posse etiam post illius mortem; quia per ipsam delationem Monasterio jam acquisitum est jus adeundi; quod proinde deduci valet ad effectum, Covarruvias *in c. 1. de Testament. n. 31. & pluribus aliis DD. relatis cit. Sanchez n. 44.*

46. Dubium tertio est de legitima: quam liberis in seculo relictis à parentibus religionem professis deberi, est dictum. An etiam istis in seculo manentibus relinquenda est à liberis professis Religio. Id certè cum Glossa *in can. Si qua mulier cit. V. Non extantibus*, negant Francus *in Rubric. cit. n. 66. & Ubald. de Success. ab intest. p. 2. n. 14.* Moventur *Auth. & can. Si qua cit.* textibus, quibus de solis liberis sive descendantibus est sermo. Rationem reddunt; quòd pro-

fesso Monasterium sitione Juris loquuti sit, *c. In presentia cit.* ascendenti autem à liberis suis nihil debetur, quando hi filios sive liberos relinquunt, *Novell. 118. cap. 1.*

Sed melius *in c. In presentia cit.* cum Innocentio *n. 6. Holtiensis n. 11. & Panormit. n. 53. cit. Gutierrez cap. 1. n. 95. Molina disp. 140. n. 10. & Sanchez cap. 9. n. 11.* etiam parentibus in seculo relictis Legitimam Jure competere, defendunt; quòd *Auth. cit. inob. que desumpti &*, juxta dicta *Tit. 26. n. 25.* ab Ecclesia tacitè approbati *can. Si qua mulier cit.* dispositio à liberis potest agenda sit ad parentes; quia ex una, sicut illi respectu parentum, sic illi deficientibus descendantibus, heredes necessarii sunt liberorum, *cit. Novell. cap. 2.* ex altera verò parte, Monasterium pro Filio ad excludendum substitutum, *c. In presentia cit.* non haberi, *cit. Tit. 26. n. 213.* est ostensum; & si *c. cit.* ad istius exclusionem haberetur pro filio pro tali tamen non haberetur ad Necessarios heredes, ut sunt parentes, excludendos; quia hoc ullò Jure expressum non est. Quare, cum talis professus revera careat liberis, ab eo legitima parentum debetur.

Dubium quartò est, an Legitima liberis (eadem ratio parentum in seculo relictorum est) debeat statim post professionem, ante mortem patris naturalis. Eam, si professio edita sit in Religione successione incapaci, statim deberi, plerique facile concedunt, & expressè tradunt *Grassus de Success. ab intest. §. Legitima q. 12. n. 7. cit. Gutierrez cap. 1. n. 93. & Sanchez cap. 10. n. 1.* Si verò ea in Ordine illius capaci edita sit, Legitimam ante mortem non deberi, cum Glossa *in Auth. Si qua mulier cit. V. Mortuus, Felino in c. In presentia cit. n. 56. & alii* JCT. 100



JCT: volunt *cit.* Gutierrez à n. 79. & Rodriguez q. 50. art. 2. ducti textu *Auth. & can. Si qua cit.* quib<sup>9</sup> dicitur, patre post ingressum & ante factam inter liberos divisionem mortuò, filios Legitimam percepturos. Unde hanc, illò nondum mortuò, non percipi, argumentò à contrario ductò, clarè inferitur. Rationem dant; quòd Legitima filiis non debeatur à patre superflite, l. 1. §. 21. ff. de Collat. bonorum; cum debeatur jure successione, c. Cum simus 14. de Regular. ibi *Qua ipsi ex successione proveniunt*: successio autem & hereditas viventis non sit, l. Qui superflitis 94. ff. de Acquir. hered. quibus jurebus contrarium dispositum non reperitur.

49. Hæc tamen, quantumvis magnâ ratione suffultâ, Opinione verior est Opposita, Legitimam post professionem statim deberi, sustinens & colligens ex c. Cum simus *cit.* quo Coelestinus III. de filio, qui cum patre suo monachalem habitum induerat, in hæc verba rescripsit: *Si ad avaritiam discretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, ipsi liberum erit, eum dimittere & bona paterna, qua ipsi ex successione proveniunt, sive legitimam, postulare.* Neque, *s. sit.* patrem jam fuisse mortuum dici sine divinatione, imò salutate, potest, partim; quia textus patris mentionem facit, omisâ particulâ *Quondam*, apponi solitâ, cum de mortuis est sermo, ut notant & ex c. Cum contra 6. de Pignorib. c. Ex parte 15. de Foro compet. &c. probant Panormit. in c. Cum simus *cit.* n. 6. & Fagnanus n. 8. partim verò; quia Legitimam intra decem hebdomades ab edita professione, & cum pater non febris sed solummodo leprâ, minus periculosò, laboraret, petitam constat ex integra lectione à Fagnano l. *cit.* relata. Confirmatur; quia vi *Auth. & can. Si qua cit.* pater Religionem pro-

fectus bona sua distribuere potest inter liberos: quod ei, si bona à monasterio usque ad mortem retineri possent, permitti non deberet.

Neque obstat ex eadem *Auth. & can.* ductum argumentum in contrarium; quia huic argumento locus non est, ubi eò illati contrarium expressum est Jure, arg. c. A. nobis 28. de Sent. excom. ubi Panormit. n. 4. & Felin. n. 2. præsertim posteriori, c. 1. de Constitut. in 6. sicut id, scilicet Legitimam post professionem statim deberi, expressum est c. Cum simus *cit.* Neque etiam huic Resolutioni obstant verba, *Qua proveniunt ex successione*; quia monachi etiam viventis successio datur, ut in c. *cit.* advertunt Barbosa n. 3. & *cit.* Fagnanus n. 9. cum regulariter professio morti naturali æquiparetur, can. Placuit, 16. q. 1. &, quando ex utraque morte idem effectus resultat, dispositum de casu mortis Naturalis, verificetur de casu mortis Civilis, arg. l. Deo nobis 56. §. 1. C. de Episc. & Cleric. Cum ergo, sicut per Naturalem, sic etiam per Civilem mortem, quæ per professionem obitur, patria potestas & filii gubernatio solvatur, post hanc legitima filiis statim debita erit, sicut post illam, Anchoranus in c. Cum simus *cit.* n. 2. ne totò vitæ paternæ tempore alimenta petere cogatur: quod utique nimis durum foret, ut rectè advertit *cit.* Sanchez cap. 10. n. 3. à liberis in seculo relicti legitimam statim peti posse, plurimis usque præcipui nominis TT. & JCT: is congestis, latè propugnans.

